ſ. in habitationē humanā et ſubſannatio
nem et deriſum eis qui ſepe exprobrāt
nobis irridendo dicētes. veniat deꝰ veſter
eruat vos de manibꝰ noſtris.
Poſuiſti nos gentibꝰ in ſilitudinem
vt de nobis formā maledictionis ſumāt ali
os maledicēdi. ſic pereas ſic moriaris. ſicut
xpianus ille aut lapidatꝰ vt Stephanꝰ. vel
arſus vt Laurentiꝰ et poſuiſti nos com
motionem capitis in populis ad illu
dendū nos et deridendū dicētibꝰ nobis ꝙ p
pter ſcelera noſtra dānationi ſumꝰ dputati.
Quid per ſingula curramꝰ. Tota die ve
recūdia opprobrium meoꝝ continue
eſt in cōſpectu meo et confuſio faciei
mee induit vultum meum rubedie
ſignū enim verecūdie eſt rubor in facie.
Et hoc A voce exprobrantis. ſ. ingerentis
mihi opprobriū in facie et occulte detra
hentis ex omni enim pte audio opprobria
ꝛ blaſphemias ab inſtātia inimici odio
habentis me. et actu perſequētis.
Dicunt martyres. Hec omnia mala ve
nerunt ſuper nos quaſi fera terribilis ꝗ
ſi fluuiꝰ turbulentꝰ et patienter pertulimus
nec propter omnes pdictas ḡuiſſimas mo
leſtias obliti ſumus te ſed ſemp habui
mus te in iugi memoria inique non egi
mus timore mortis in lege tua quaꝫ pa
rati ſumꝰ obſeruare. Nec receſſit retro
cor noſtrum auertendo ſe a fide et carita
te tua et ſemitas noſtras que erant in p
ſperitate et voluptate ſcli dimiſiſti a via
tua que ſemp fuit bona et ſancta ꝛ oſtendi
ſti nobis viā artā et anguſtaꝫ que ducit ad
vitam.
Non ſumꝰ obliti te. Quia humiliaſti
nos in loco afflictionis et cooperu
it nos hec mors tēporalis que vmbra
mortis eſt. non vera mors. ſola illa eſt ve
ra mors que eſt ſpiritualis damnationis
eterne.
Non ſumꝰ obliti te propter has tributatio
nes ſcientes. ꝙ Si obliti ſumus nomē
dei noſtri a viis eius declinantes. ſi expā
dimus manus noſtras in oratione
adorando idolum.

Nōne deus iſta requiret. vt puniat cer
te ſic ipſe eniꝫ nouit abſcōdita cordis
Vox martyrū. Quoniam longis paſſi
onibus mortificamur non p criminibꝰ
noſtris ſed ppter te vt fides tua in genti
bus augeat et extimati ſumꝰ digni mor
te. ſicut oues occiſionis que nō reputā
tur viles niſi ad occidenduꝫ exurge ergo
in adiutorium noſtrum
Exurge in auxilium nrūm loquit mo
re humano. et conforta ſtantes qui negli=
gere videris exurge ne repellas finali
ter et ſi videaris nos repuliſſe ad tempus.
Quare auertis faciem tuam quaſi nō
velis exaudire nos. et obliuiſceris ino
pie nrē non dando nobis ſpiritū fortitudi
nis ſine quo inopes ſumꝰ et tribulatōis
noſtre quā ppter te patimur eā mitigādo.
nos neſcimus q̄re ita facis. licet credamus
ꝙ iuſte et pie facias.
Ideo ne obliuiſcaris. Quoniaꝫ aīa no
ſtra humiliata eſt vt te inuocemus in au
xiliū inter manꝰ impioꝝ et pſequētiū q̄ ſunt
puluis quē proicit ventꝰ a facie terre. et qꝛ qḋ
cum dolore dico. venter noſter. ſ. infirmi
noſtri inter nos adheſerūt terrenis ho
minibꝰ et conſenſerūt iniquis recedentes
a fide et cum ita ſit oramꝰ. Exurge domi
ne adiuua nos tantis malis oppreſſos et
redime nos ab his malis non propt me
ritum noſtrum ſed ppter nomen tuum

Pſalmus. XLIIII. in quo canta
tur laus ſponſi et ſponſe. ſ. chriſti et
eccleſie.

Vox pphete

Mens mea ex plenitudine gratie
ſpūalis.

Ructauit verbū
bonū qꝛ conſolatoriū cū ſit my
ſterii xpi ꝛ eccleſie expreſſiuū qḋ
dicere intendo et omnia alia opera
mea dirigere ad laudem et honoreꝫ
regis regū ieſu chriſti.
Nemo putet me aliqd a me dicere ſꝫ a ſpū
ſctō cꝰ Lingua mea calamꝰ velociter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

docentis ſiue inſpirantis in quo laus ⁊ vᷣ
tus huius ꝓphetie oſtenditur.

¶ Commendatio ſpōſi.

Propheta cōmendat ſpōſū multipliciter.
Primo a forma dicēs. Specioſ⁹ forma
pre filijs hominū. tum ex parte corporis
qđ ſpūſſācti virtute formatū eſt ī cui⁹ ope
re non poteſt eſſe error aut defect⁹. tū ex par
te anime que ab inſtanti creationis oib⁹ grã
tijs et ſcientijs repleta fuit. Secundo com
mendat a gratioſitate doctrine dicens. Dif
fuſa eſt gratia in labijs tuis quia eo lo
quente mundus gratiā recōciliationiſ acce
pit. ꝓpterea benedixit te deus. benedi
ctione ſpūalis regni cuius non erit finis.
Tertio cōmendat ꝓpheta ſponſum a virtu
te et fortitudine dicens. o tu xp̄e Accinge
re in carne aſſumpta gladio acutiſſi
mo ſpūſ qđ eſt verbum dei. aſſume predica
tionis verbum qui diuidat filiū a patre. fili
am a matre. nurū a ſocru. qui male coheren
tia ſeparet potentiſſime. non ſegniter ſ3 vi
riliter quoniam tibi nemo obſiſtere valebit.
Quarto cōmendat ſpōſū a ꝓbitate dicens
Specie tua et pulcritudine iuſticie tue
accinct⁹ intende vt perficias curſū legati
onis tue feliciter. ꝓceđ velut ſpōſ⁹ đ vte
ro virginali et regna ꝑ fidē in cordib⁹ ho
minū oppreſſo mortis imperio.
Procede et regna et ℞. quia Propter ve
ritatem doctrine et vite quā tu ⁊ tui docēt
et manſuetudinē quã tu et tui ſuſtinui
ſtis patienter moleſtias et iniurias et iuſti
ciam abundantē quā oſtendiſti in tua paſ
ſione offerendo te deo patri ꝓ offēſa huma
ni generis deducet te mirabiliter ma
ieſtas tue diuinitatiſ q̄ te aſſūpſit. dedu
cet te ꝑ huius vite curſū. et ℞ mirabiliter
q̄a mortuos ſuſcitabis. lepſos mūdabis. et
multa alia miracula facies.
Verba tua et tuorū apl'oꝝ q̄ a te miſſi ſunt
ad predicandū ſicut Sagitte penetrabunt
corda infideliū inimicoꝝ regis xp̄i q̄
talibus iaculis ꝓſtrati ↄuertentur et ſub
tua obedientia humiliabūtur corde te
adorantes et q̄ p̄mo non credendo erāt ini
mici regis fient credendo amici. Quinto ꝓ
pheta cōmēdat xp̄m a iudiciaria poteſtate
dicens. Sedes tua. i. iudiciaria et regalis
poteſtas tua o deus nō eſt tꝑalis ſed ſepi
terna. diſciplina regni tui. diſciplina
equitatis q̄ veraciter recta eſt. q̄ nulla praui
tate curuatˀ virga iſta iuſtos regit et impioſ
ꝑcutit. q̄ ab ipſius diuinitate ꝓcedit fortitu
do inuicta. equitas rectiſſima. inflexibiliſ di
ſciplina.
Vere virga regni tui vᷣga directionis q̄a nō
ſolū in te iuſtus es ſed etiā in alijs. Diligiſ
iuſticiā et odis iniquitatē ꝓpterea
vnxit te deus puritate cōſcientie et
plenitudine gratie pre omnib⁹ ſcīs.
Sexto cōmendat xp̄m ſpōſuz ab ornatu ve
ſtis et a pulcritudine habitatiōis dicēs odo
res vᷣtutū his aromatib⁹ deſignati. Mirre
et gutte ⁊c̄. ſpirabūt de carne tua qua
velut veſtimēto diuinitatis ſe circū
dedit et a cordibus ſctōꝝ in quibus
habitas que dom⁹ eburnee dicuntur
ꝓpter caſtitatem et decorem vᷣtutū ex q̄bus
odoramentis oēſ eccleſie quas apl'i tibi in fi
de genuerꝰ đlectabilez te habētes exul
tabunt honorando nomen maieſta
tis tue. Septimo cōmēdat propheta ſpō
ſū a ſpōſa. quā deſcribit q̄ztū ad q̄nq3 Primo
q̄ ad ſponſi preſentiā. q̄a Aſtitit ſemꝑ deo
adherens et coniūcta. Secūdo q̄ ad digni
tatē q̄a regina que ſub rege regit. Tertio q̄
ad gloriā ſiue prerogatiuam q̄a a dextris
ſtat. ſ. in potioribus bonis gratie p̄ſītis vite
Quarto quātū ad ornatū in veſtitu deau
rato. i. in doctrina apl'oꝝ et ꝓpharuz. Qui
to q̄ ad ſpectabilē ſocietatē q̄a circūdata
varietate virtutū et meritoꝝ ſctōꝝ. ſ. gem
mis virginū. croco martyrū purpura peni
tentiū. his enim ornatur eccleſia. vel circum
data varietate omniū linguarū in vna ſᷣ fi
de et diſciplina conuenientiū

¶ Propheta quaſi vnus de apoſtolis q̄ ꝑ
dicationis verbo populū genuerūt xp̄ianū
dicit. o Filia predicatōne genita non ſis ne
gligens non ſurda aut incauta ſed audi et
vide et intellige talem et tantum regem cui
es deſponſata et inclina aurem tuā ad
obediendum et obliuiſcere populum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iudeorum et gentilitatis vnde venisſet con
uerſationem et conſortium dyaboli q̄
primo te fedaz genuit. ſic fies decora.
Si feceris hec que dicta ſunt fies decora.
Et rex delectabitur in decore tuo quē
ipſe dedit tibi per gratiaz in te imaginē ſuaz
reparans qđ magnū eſt et deſiderandū. q̄a
iſte eſt rex magnus in poteſtate. quoniaz
ipſe eſt dominus qui omni genti domi-
natur magnus nature nobilitate qꝛ deꝰ tu
us magnus in honore quia adorabunt
eum et deprecabuntur omnes populi toti
us mundi.
O filia ſi feceris que dico venies plurimuz
honoranda. naz Filie tiri a n̄ie fideliū diui
tes plebis nobiles ⁊ ſapiētes qui de genti-
litate apoſtolorū predicatione conuertenť
ad regez et ſponſuz tuū cum muneribus
vultum tuum deprecabuntur magni
ficas elemoſinas offerentes tibi ad ornamē
tuz tuū deſiderantes ſocietatez et conformi-
tatez tuaz.
Secundo commendat ſponſaz a gloria di-
cens. Omnis gloria eccleſie filie et ſpō-
ſe regis conſiſtit non in exteriori apparatu
ſed interiori ornatu. interiora ornatus ſūt
conſcientia pura. ibi videt xp̄s. ibi amat xp̄s
ibi loq̄tur xp̄s. ibi coronat xp̄s. ꝯſiſtit etiam
gloria eccleſie in doctrina ſapientie que
regina eſt circumamicta varietatibꝰ
ad decorez. ſ. varietate linguaruz diuerſaruz
varietate ſtatuū varietate gratiarū. et virtu
tuz que ſunt in perſonis hm̄oi ſtatuū.
Tertio cōmendat ſpōſaz a ſocietate ſiue a
domicellis que ſequūtur ſponſaz dicens
Adducentur regi virgines fideles. ſcȝ
que p̄muz retinent inter omnes gradus lo
cum poſt eam. ſ. vniuerſalem eccleſiam q̄
eſt generalis mater fidelium adducentur q
dē gratia dei. q̄a nemo venit ad me inq̄t xp̄s
niſi pater traxerit eu꞉ proxime etiam regine
in fide et virtutibuſ vt vidue caſte qui ſecū-
dum obtinent locum et in matrimonio cō-
tinentes que tertiū locū tenent offerentur
tibi o rex.
Afferentur quidem in leticia et exul
tatione miniſterijs angeloruz. et non ſolū
adducentur ad conſpectū. verū etiā in pe-
netralibus regis. id eſt in hierl'm futurā
Quarto commendat ſponſā a p̄le dicens o
ſponſa Pro patribus tuis. i. loco apl'o
ruz. q̄ fuerunt patres tui. ipſi enim ſunt qui
te genuerunt ſpirituali generatōe nati ſūt
tibi filij. ſ. ep̄i conſtitues eos principeſ
loco apoſtolorum ſuper omnes popu
los per vniuerſum orbem.
Qui principes conſtituti Memores e-
runt noīs tui domine tue fame tue gl'e. p̄
dicando ipſum. ipſum in memoria habētes
et alijs in memoriā adducentes et hoc per
omnes ſucceſſiones vſq̄ȝ in finem
ſecu'i.
Propterea q̄a conſtitues principes ſup
omnem terraz populi credentes per eoruz
predicationem. et doctrinaz quaz ſeminaue
runt. quā in ſcripto dimiſerūt confitebū
tur tibi confeſſione laudis. non ſolum in p̄
ſenti. ſed etiam ī futuro vbi eſt eterna et per
fecta laus.

Pſalmus. XLV. in quo de aduen
tu chriſti qui ſingulare fidelium refu
gium eſt.

Propheta in perſona fidelium di
cit nihil eſt timendū quoniam

Deus noſter refu-
gium et virtus ad quem in-
ter preſſuras calamitatum con
fugimus. et in quo ab omnibus periculis li
beramur et in tribulationibus ſeculi q̄
nos plurimum fatigant adiutor validus
eſt potens ſufficienter nos defendere.
Propterea q̄a talis eſt nobis in te ſecuri
tas. non timebimus dum in aduentu
tuo ex nouitate tāti miraculi turbabitur
terra. i. generatio iudeorum et montes.
id eſt apoſtoli q̄ relictis incredulis iudeis
transferuntur ad predicandum. gētibus
ad extrema maris.
Cum autem apoſtoli ingrederentur ad gē
tes barbaraſ. Et ſono predicationiſ an
nunciarent euangeliuȝ xp̄i turbati ſūt